



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Baptismvs I. in co[m]muni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

60 BAPTISMVS I.

statum. num. 74. & 75.

AUGVRIVM. vide supersticio.

BAPTISMVS I.

A BAPTISMVS est Sacramentum aqua na-
turalis, qua unus ab alio in nomine Patris,
& Filij. & Spiritus Sancti cum debita inten-
tione abluitur. cap. 22. n. 5.

Baptismus est ianua reliquorum Sacra-
mentorum; sine quo fit homo incapax eo-
rum. num. 8. Vnde Character Ordinis de ne-
cessitate Sacramenti requirit Characterem
Baptismi: non tamen characterem Confir-
mationis. num. 9. §. 5. item Confirmationis præ
requirit Baptismum. num. 8.

B Solus Baptismus aquæ est propriè Bapti-
smus: sanguinis verò & flaminis, metapho-
ricè tantum. Baptismus autem sanguinis di-
citur ille, qui fit per martyrium: flaminis
verò, per peccatum sine copia baptizan-
di. num. 5.

Peccat mortaliter, qui est in causa, vt
aliquis sine Sacramento Baptismi decedat.
num. 6. §. 4.

Concilium Trid. sess. 7. cap. 14. à can. 1.
usque ad can. 54. damnat sub anathemate
dicentem, Baptismum Ioannis futisse tanta
virutis

virtutis sicut Baptismus Christi: vel aquam naturalem non esse necessariam: vel quod Ecclesia Romana non docet veram doctrinam de baptismio: vel non valere baptismum ministratum per infidelem, etiam cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: vel non esse ad salutem necessarium: vel baptizatum non posse amittere gratiam si vult credere, vel non obligari ad aliam legem praterquam credendi: vel per baptismum tolli vota pro eum emissae: vel per memoriam eius condonari: vel peccata post eum admissa fieri venialia: vel apostatum baptizatum esse rebaptizandum, si renatur ad fidem: vel neminem esse baptizandum ante etatem in qua Christus baptizatus est: vel parvulos non esse baptizandos: vel postquam adoleuerint, esse rebaptizandos. c. 22. num. 6.

Peccat mortaliter qui credit aliquid de predictis erroribus damnatis, estque hereticus si pertinaciter credit. Et si verbo vel scripto id expresserit, est excommunicatus per bullam Cœnæ. Ibidem.

BAPTISMVS II.

Quo ad materiam & formam.

MATERIA Baptismi est sola aqua naturalis. cap. 22. num. 5. & sufficit quæcumque

